

EPITHALAMIVM  
HEROIS ILLVSTRISSIMI  
IOANNIS  
T SERCLASITILLI  
VICTORIS SPONSI,

*nec non*

BELLONÆ  
PERTINACISSIMÆ  
MAGDBVRGENSIS  
SPONSÆ DEVICTÆ  
NVPTIIS COACTIS  
decantatum.

G. S. I. S. G.

PRAGÆ,  
Imprimebat PAVLVS SESSIVS.  
Anno M. DC. XXXI.



*Illustrissimo Domino*

D<sup>n.</sup> CAROLO ALEXANDRO MICHNÆ S. ROM:  
IMP: COMITI DE WACZINO,  
V A. &c. &c.

Author Saluten.

**G**Loria TSERGLASIANA flammis siue Amoris  
siue Martis, Germania Virgini tandem expugnata exhibitis, in suum  
seruitium coegit hoc poema, meq; partus MAGDEMBURGICI, seu  
VICTORIÆ TILLIANÆ grauitatem pangere docuit. Quicquid  
prestis, Tibi uni, ILLUSTRISIME COMES, offero, cui de felicitate  
TILLIANA, Tui Parentis Illustrissimi sudoribus adiutâ, fructus non  
postremus debetur, cum paternis uestigijs alacriter insistas; mihi autem, ho-  
cet non promerito, fauere - pergas. Vale.



**H**erois Nymphæq; canam certamen alacre  
Iudicium casti Paridis celebrando secundum  
Cui dea rixarum tetrum Discordia fecit  
Principium, finemq; dedit Bellona subacta.  
Tu mihi Phoebe faue, simulatum prodere Phoebum  
Qui furias Nymphæ falsâ pietate ligavit,  
Ordior, & casti castos cano Martis amores.  
Iupiter armisonans, Romano primus in orbe  
FERNANDVS, Germanorum comitia dixit  
Numinibus, fluctus tempestatesq; coacti  
Terribiles Martis iucundâ ut tolleret aurâ,  
Mutaretq; diu vibratum sanguine fulmen.  
Iamq; RATISBONAM Magnatum venerat ingens  
Concilium Legatorumq; caterua, Monarcha.  
Queis responsa dedit, pacemq; volentibus auxit:  
Sed dijs TEVTONIBVS<sup>9</sup> quæ vellet quæq; saluti  
Prodesse patriæ, dum cognoscenda dedisset  
Commoda, dumq; dij pacis libasse quietem  
Censerentur: adest vario Discordia vultu  
Cui pulsæ vires reparavit BALTHICVS ardor.  
Atq; suum largè concessit SVECIA nomen:  
Ludibrium quæror, secum sic illa; gregatim  
Ut dum concilium peragunt, convivia pandunt  
Numina, grata deæ non sit præsentia magnæ?  
Sermones tantum pugnarum spargere numen.  
Creditur: est aliud monstrandum, viribus, armis,  
Cæde, cruore, viris, gladijsq; potentia dudum.  
Quæ monstranda fuit, tandem monstreretur, iniquis  
Ne vilis videar fungus terris, & inutile numen.  
His dictis, pomum formavit milite SVECO  
(Pomum quod melius, si vellem, castra vocare n.)  
Verbis & istis: PRO LIBERTATE, notavit.  
Viderat hoc varijs quondam iactata procellis  
MAGDBVRGIS, subito sibi taliter inde locuta:

Virgo recordaris nuper quassata furenti  
Marte, tamen, tandemq; tuam grassante per auram.  
Peste, pudicitia fuerint quam magna pericla.  
Iacta tuæ, ut castè vix conservaveris ignem.  
Virgineum Vestalis? ad huc dubium tibi crescit,  
Num pomum latum pro libertate beata.  
Accipere expediat, quod fert occasio prompta?  
Sed forsitan (respondendo sibi talia dixit)  
Non tibi præbetur pomum. fortasse deabus?  
Competit hoc, qualis narratur Iuno Pelasga,  
Aut qualis fertur Pallas clypeata, venusta.  
Fingitur aut qualis Venus, efformata Poetis.  
Audiit has Nymphæ voces simulatus Apollo;  
Antistes cupiens stimulando promptus adesse,  
Iudiciumq; suum, quicquid sentiret, aperte  
Explicuit, talemq; sonum profudit ab ore:  
Ambigis an, Virgo, pro libertate capeffas?  
Sæpè optata tibi quod fert occasio, pomum?  
Non Pallas petit, aut Venus hoc, nec Iuno superba;  
De forma fuit hisce tribus lis magna deabus?  
Pro pomo, pomum dederat Discordia formæ.  
Sed libertati melius concordia sancta.  
Addixit, pro quo pariter certare deabus?  
Si placeat tribus, & sua vestimenta decoræ  
Deponant, nulli iubeo te cedere; vestes  
Non depone tuas, esto sub iudice nullo,  
Quidq; deæ possint Nympha experiere togata:  
Iupiter ipse quidem cupiet tibi tollere vestes?  
Sed ne cede deo, sed contra audentior ito  
Et libertatis vestes defende potenter;  
Nam te iudicio nudam si sistere pergas?  
Ne fur Mercurius per blandimenta iocosa.

Pacificæ Veneris tua vestimenta, timendum,  
 Surripiat; nudumq; trahas tunc corpus; inermem.  
 Et te despiciant Nympham ludantq; togatæ  
 Iudicioq; Ioui; deæ, parere paratæ.  
 Sermonem fundis qui non mihi displicet, inquit  
 Virgo, sed iustè potero non perdere pomum.  
 Iupiter hoc jubeat si tollere? Libera Virgo,  
 Quæsiuit personatus, quàm Marte cruento  
 Infidias magnas nescis tibi struxerit ante  
 Iupiter, & quærat miserè te perdere? iustè  
 Hinc defende tuam libertatem atq; penates.  
 Pacificam Venerem, respondit Virgo, timere  
 Cogor, Troianæ fortes quæ Palladis hastas  
 Fregit; & eximiæ cui pulsa potentia cessit  
 Iunonis; quam fulminibus præclarus, amare  
 Iupiter haud horret Romanus; vincere tantas  
 Si solet illa deas, & vincere nuda, togata.  
 Quid non efficiet? sed personatus Apollo  
 Respondens dixit vanos hos esse timores,  
 Vincere cum nequeat Venus hæc nisi nuda, sed illas  
 Quæ se iudicio substernunt spontè; quod ipsam  
 Bellonam fugiat. necdum celare querelas  
 Virgo potens, dixit simulato talia Phæbo:  
 Scito Phæbe togam Veneris satis esse potentem;  
 Cedunt arma togæ, pacem veneramur amictam.  
 Legibus egregiis & libertate togatam.  
 Hoc tibi concedo, dixit larvatus Apollo,  
 Sed te scire decet Venus est ut grata togata.  
 Quæ vestimentis sua lenocinia vendit  
 Legibus & libertates induta tuetur:  
 Sic defende tuum quoque libertatis honorem.  
 Legibus, his si non poteris, defende potenter.

Viri.

Viribus ac armis; vi vim Bellona repelle;  
 Necte decipient vestes seu toxica pacis  
 Nec te terribilis Martis tarantara cruda.  
 Terrebit; nam paciloquos scis blanda Virgo  
 Ludere amatores; libertatiq; nocere  
 Non finis hos. Sin te Martis fera bella laceffant,  
 Si Deus est Mauors, dea tu Bellona, resiste.  
 Iudicium cognosco probum, respondit Amazon.  
 Candoremq; tuum: monitis edocta valebo:  
 Et quia te pugnare volo monitore, beatus  
 Tu mihi tutor eris; Iove non gaudebo parente;  
 Nam pater ille ferox nimis est, nimiumq; cruentus:  
 Et quia iudicio iusto pomum mi sumere suades,  
 Hoc capiam, sed virgineam defendere mentem.  
 Ne desiste; mori Virgo, mage vivere Virgo  
 Opto; iugiq; placet remorare gravamen.  
 His dictis pomum cepit malesvasa Virago.  
 Tutor at illius, cataphracta ut cingeret eius  
 Corpus, turritum validâ caput ægide textit,  
 Pectus loricâ, prægrandi brachia scuto,  
 Atq; sago Nympham longo super induit, inde  
 Hanc circum erexit fortissima mania, valla.  
 Balistas, fossas, & propugnacula mille.  
 Ista RATISBONÆ Romani Iupiter orbis  
 Audijt ingeminans: nota est clementia nostra,  
 Dixit, vos scitis præsentia numina. quondam  
 Qui totas gentes potuisset perdere, mundus  
 Ut sciret totus me non spirare cruorem.  
 Humanum (gladio paucos punire, sat esse  
 Magnum perfidiæ exemplum scelerisq; statutum.  
 Persuassus) serio veniam poscentibus, ultro  
 Hostibus ipse dedi pacem, culpisque peperci.

A 3

Idem

Idem MAGDBVRGI feci; me noscere tandem.  
Huic immorigeræ lenem parcendo fuisse  
Incipitis : video furias clementia nostra.  
Nutriuit; me præsumit fore filia mitem.  
Posthac, atq; suis confidit viribus, ac si  
Durius insulsam non castigare valerem.  
Imo nec auderem. Sed vos mihi numina vestrum.  
Declarate animum, iuste mereatur an ista.  
Filia, carnifici ut miserè iugulanda feroci  
Dedatur : Responderunt cui numina fida :  
Iupiter alme tuis, clementia nota per orbem,  
Est tua sat patefacta quidem; sed & ardua bella.  
Sunt iam clara satis, queis castigare rebelles  
Sueuisti; tandem scitur te fœdera pacis  
Ex optare : sed hæcce suis quia destruit armis,  
Filia, sat iuste posses occidere diram :  
Quæ quia stulta magis quam circumspècta Virago,  
Hanc ne trade neci, potius compeſce rebellem :  
Connubio domitam fac ut te noscere discat.  
Non nimium lenem, nimiumq; necesse cruentum;  
Sic tibi debet grates, faciesq; timere  
Punitam. Suasis FERNANDVS annuit istis,  
Laudauitq; deum mentem, Martemq; vocavit  
Cui sic : ut volui, es fortis perfringere turmas.  
Ausus peruerſas : tete domitore trophæa.  
Hostilis vidi turbæ : victore triumphos  
Te merito plures potuissem ducere, verum.  
Mi de subiectis, stratisq; rebellibus haud est  
Gloria magnifico lætoq; ornanda triumpho.  
Sat mihi fat multum per te mea gloria crevit  
Telluri Mauors, Mauors super æthera note.  
Quare te volui recreare quiete. Sed ecce

Per-

Perſida Virgo meos præsumit temnere vultus;  
Si te connubio non vult agnoscere casto.  
Illa tuis strictum cõhibenda relinquitur armis.  
Sintolerare iugum malit, Sponsalia adorna,  
Nuptam defloræ castus, cohibeq; rebellem,  
Ut noscat patrem, & cesset contemnere diuos.  
Numinis ad nupum subito se cuncta spondit  
Facturum Mauors perfecturumq; , Virago  
Ut sciat esse voluntati patrisq; DEIq;  
Standem; nec toties perfricta fronte vocandum.  
Iudicium falsi Paradis, qui tollere pomum  
Imperio veller, nymphæq; addicere SVECÆ.  
Et cum multa RATISBONÆ pia numina votis  
Req; peregrissent capiunt comitia finem.  
Interea Mauors Heroem miserat illum.  
PRAGENSI in pugna quem olim fortuna notavit  
Et maiore vigil prudentia laude beavit,  
Ut Paridem doceat non lædere Virginis ossa;  
Siue medullarum vires exfugere cunctas  
Tutorem fictum minime patiatur, & eius  
Virginis ut sibi conciliet generosus amores,  
Heros lassatus nullo fractusq; labore  
Phæbum dum quærit falsum PAPENHEIMIVS armis  
Seu falsum Paridem cogit sibi quærere nidum,  
Huic offert nidum, Marti focianda Virago;  
Quam licet & monitis suasisq; rogaret Achatès  
Mauortis, Nymphæq; minas superadderet; ut se  
Præceptis Patris & Martis cito sifteret, illum  
Clementem fore, iudicio meliore sed istum.  
Quam Paris usurum fictus, quia risit amantem,  
Virgo Mauortem & se agnoscere velle negavit  
Connubium, ac armis pro libertate micare,

B-

Casti

Castam manere virorum expers, pomumq; tueri:  
Ne te poeniteat, dixit PAPHENHEIMIVS heros,  
Virgo caue, tantum iniuste quod tollere pomum.  
Ausa dea es Veneri, paci & sua iura negare.  
Vt or iure meo, respondit Virgo, meamq;  
Defendo libertatem, pomumq; capello;  
Hoc mihi, non Veneri pacis, debetur amoena;  
Siue velis Veneri soli hoc addicere pomum.  
Siue tribus diuis, non cedam: mente Minervam.  
Hastatam ingenioq; meo superare potens sum;  
Nec me Iunoni quis sedere Maiestate,  
Cernet, quae Paphiam quoq; libertate venustam.  
Conspiciam vinco. respondit Martius Heros;  
Si quae proponis, facies; mihi crede Virago  
Saeua tuum corpus torquebunt fortiter arma:  
Viribus ipsa tuis nolito fidere; pomum,  
Suadeo sincere, potius cito destrue; pacem.  
Sic Veneris non offendet, vtuesq; Virago,  
Nam nullam poterit Maiores praetendere causam,  
Ob quam ad connubium possit te cogere durum.  
Iudicio pomum Veneri nolito dicare,  
Dixit Virgo, tuo: Paridis sententia nota est  
Quae quondam Veneri malefano tradidit ore  
Pomum, quae machae raptum perfecit iniquum.  
Iliacae, admovit Danais quae castra Pelasga,  
Deniq; quae magnae destruxit mania Troiae:  
Sic quoq; si Veneri pomum di mitterem, atroci  
Me bello premeret Maiores, armisq; subactam.  
Dirueret; pomo memet defendere possum.  
His intellectis, castris PAPHENHEIMIVS egit,  
Et Nympham occlusit vallorum carcere, eandem.  
Tormentis orsus varijs affligere, verum.

Resti-

Restitit illa, ferax nivibus dum frigora brumae  
Algerent, Martemq; armis pugnare vetarent.  
Ast ubi conualuit tellus, viresq; resumpsit,  
Surgit THERCLASIVS Maiores, & visere Nympham  
Incipit haec dicens: ussit me paxq; Venusq;  
Atq; tuum placide iussit me corpus amare;  
Quae mihi poscit amatricem te conciliare benigna:  
Te gere morigeram, Veneriq; Ioviq; placebis.  
Virgo interruptit Martis, dicendo, loquelas.  
Puncta mihi iustis si conditionibus adfers  
Quae libertati saveant, ego prompta placebo.  
Excipiens Maiores, ne conditione maligna  
Te cogi dicas, inquit, tibi nomina dicam.  
Officium quorum venio perferre rogatus.  
Mars adsum Iovis & clari sub nomine Phæbi;  
Sumq; Paris Venerem pacis defendere praesto,  
Castus praeter reliquis cupio hic Hymenæus haberi.  
Elige quod magis est Nymphæ tibi numen amatum.  
Hoc tamen addo: Iovem debes cognoscere Patrem,  
Sacrorum numen debes admittere Phæbum,  
Laurigeram debes Venerem nutrire, simulq;  
Noscere amatorem & mihi te submittere Sponso,  
Sed Paridem an Martem poscas hic, elige paucis.  
Cui Virgo, me nominibus terrere deorum.  
Vis folis Maiores: nulla hic electio pro me;  
Nam Virgo moriat, si mors me tollere poscat;  
Sin Parcae parcant castè volo vivere Virgo:  
Non puto consumet tetrum Iovis omnia fulmen,  
Nec me terreat, dudum quia perdere memet  
Quæsiuit, sed non valuit, nec credo valebit.  
Romanum penitus nolo cognoscere Phoebum.  
Coelitus est etenim oblatus mihi divus Apollo,

B 2

Cui

Cui sacro officium sacri confessio sacrum.  
Præfulis Augustana dedit dixitq; tulitq;  
A te libertas si conseruetur amœna.  
Pacificam Venerem cupio nutrire parata;  
Et libertatem sanctam si vis defendere iuste,  
Bellis non opus est Martis, nec Iudice; nulla  
Lis erit ut Paridis vicibus fungaris ineptis.  
Sin mea libertas non conseruabitur, ipsam  
Armis defendam. Sed Hymen mihi displicet **omnis**.  
Ergo, Mars quærit, non poscis nubere Virgo?  
Es libertatem vitute parata rueri?  
Tot tibi sunt vires? cupis & tot ferre labores?  
Ista negare nefas, respondet Virgo, tuebor  
Ius mihi quæsitum fortis Bellona; Virago,  
Vt dixi, nolo memet sociare marito:  
Nubere sin vellem, nollem te ducere, Nymphas  
Qui iam privasti tot virginitate decoras;  
Nempe PALATINAS, BOEMAS, aliasq; ligasti  
Grandi connubio matronas atq; puellas;  
Hæ non sufficiunt? pergis violare decentem  
Christiadum morem, prohibentem ducere plures  
Vxores? Bigamum tantum non posco videre,  
Seu Phæbum, seu te Paridem, Martemq;, Iovemq;  
Siue geras Veneris præfectum siue Hymenæum.  
Hæsit ad hæc Mauors, quæ Virgo dixit, at inquit:  
Quâ Mars sum plures fateor me ducere; sed non  
Est Marti licitum bello expugnare rebelles  
Vxores? cunctis me nunc abdicò, ligari  
Vt tu sola quæas Marti Bellona marito:  
Christiadum vero Martem non polluet ulla  
Me Veneris scabies, quia spreuit & ista, Virago  
Noluit ulterius verbis consumere tempus

Mars,

Mars, ubi se Phœbum, Paridem, Veneremq;, Iovemq;,  
Et Martem, tandem Sponsum fore dixit habendum.  
Ast ego carminibus vanis ne ludere dicar.  
Aures, absolum paucis fortissima Martis  
Gesta quibus diuim tot munera sancta peregit.  
Carceribus primo quam castigare coactis  
Incepit Martis Pylades. **PAPENHAIMIUS** heros,  
Iam Mars ipse iubet vestes deponere, litem  
Iudicio ut Paridis valeat deponere iudex:  
Noluit & quia se diloricare Virago,  
( Verbera nam timuit membris nudata tenellis)  
Fulgure terribili caput terrere rebellem,  
Iupiter ignitâ veluti cum detonat axe.  
Fulgura terrifico subito ausa repellere bombo  
Martem inflammavit ne iam mortaria sola  
Fulguribus faceret duris resonare, sed amplis  
Faucibus ex tormentorum sua fulmina ferret;  
Et licet his multum fuerit stupefacta molestis  
Fulminibus, tamen his est respondere Virago  
Ausâ quibus visis coepit monstrare cruentum  
**TILLIUS** officium Martis, fortiq; ligatam  
Ancipitis chlamidem gladij dissolvere nisu.  
Balistis fractis, propugnaclisq; subactis,  
Et vallis expugnatis, fossisq; repletis,  
Cum iam perdiderit clypeumq; sagumq; Virago  
Illaq; quæis vestimentum superinduit armis  
Pacificum, tenuit zonam pallamq; suburbi,  
Vrbis siue nouæ placidâ est circumdata veste.  
Sed non contentus Mauors, Bellona quod arma  
Perdiderit, fuerit lanæ cum vestibus illa  
Nondum exuta, globis quæ sat se opponere possunt;  
Hinc Bellona, satis fuerit munita, togata.

B 3,

Sciree

Sciret ut illa tamen, Iunoni ut Iupiter almus  
Imperat, esse potestatem viresq; regendi  
Bellonam Marti: jussit deponere eandem  
Pacificas Mauors vestes, chlamidemq; suburbi  
Exuere inuitam gladijsq; virisq; coegit.  
Sed furibunda suos vestis quia solvere nodos  
Noluit ut flammâ potius lacerauerit illam  
Credidit haud solo Mars esse indusio amictam,  
Nec aliud tamen hic sensit ni indusio eidem  
Esse sub aprato ficas, ensesq; , sagumq;  
Corpus ad huc quibus est armis tutata Virago:  
Sed Mauors (licet interea appropere rogati,  
Maximè amatores, fuerint conatibus ausi  
Magnis, ut tegerent spoliata vestibus amplis)  
Armis atq; sago Nympham nudavit aperte,  
Sic tandem Nympha est Hymenæum noscere castum,  
Connubioq; (rura sed libertate) ligari,  
Et Paridi & Sponso nudam se sistere, crebris  
Pacificam precibus Venerem exorare coacta,  
Atq; Iovi Patri sese submittere, Phæbum  
Mox habitura suum, cum iam Præcurfor eidem  
Relligione viam IOANNES TILLIUS ornet.

F I N I S.

